



**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Soluntur obiectiones. C. IV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

deberet concedere redditus templis & sacrifistis
Domorum profesarum, inter alias apparitiones
& B. Virginis, & Diuinarum Personarum, in
hoc puncto illum illuminantes & confirmantes,
scriptum reliquit in eodem libro, *sibi apparuisse*
modo infuso Spiritum s. in claritate & flamma
igneas, & Christum Dominum in specie solis lucidis-
simi. In qua solis specie olim apparuerat in or-
atione vigilanti S. Brigittæ, præfente B. Virgi-
ne Reu. 14. & 15. ne Marin., & S. Angelo, vbi Angelus expli-
cans illam visionem ait: Sol significat Christum
in Deitate sua. Et Deus Pater S. Catherina Se-
nensi dixit: Spiritus s. à me Patre, & ab ipso Fi-
lio meo procedit, quia sumus idem ipse Sol. Ex qui-
bis apparitionum modis, non temere collige-
re possumus has Diuinæ Personas in tali
specie S. Patri nostro se præbuisse videndas,
vt agnosceremus ita illum cognoscere res Diu-
nitatis Instituti nostri, sicut agnouerunt Apo-
stoli, dum illis in specie ignis idem S. Spir-
tus apparuit, & Diuina mysteria reuelauit, &
*sicut Christus Dominus, *Luz vera illuminans om-**

nem hominem venientem in hunc mundum, vt ait S.

Ioannes Evangelista, doctrinam Euangelicam

fuis Apostolis immedietate parfecit per seip-

sum. Ita & Ignatium per lepsilonum immediate

docuit, quæ in Societate suo nomine insignien-

da, & substantialia esse debeant, & ad inte-

gritatem substantialium pertinere, quæ suo lo-

corecensabo.

Merito ergo post hæc, à me multò ante scrip-

ta iurecurando confirmarunt hanc Diuinam

Reuelationem S. P. N. Ignatio factam multò ante

fundatam Societatem, & in vniuersa Socie-

ta, a primis eius iuriis vulgatam & creditam

esse Admodum Reverendus P. Noster Mutius

Vitellicus Prepositus Generalis, aliisque graui-

simi Societatis nostræ Patres, etiam à S. Ignatio

pg. 161. & in Societatem recepit, relati à Reuerendo Patre

Rho, & à me supra nominati, & excerpti ex eius

præstantissimis interrogacionibus Apologetici-

ci, Anno 1541. Lugduni impressis, æterna mem-

oriæ dignis.

Ex dictis apparet, male quosdam è nostris

Authoribus fuisse, ac scriptisse, Ignatium ali-

q. 1. cap. 3. quas Regulas nostras mutualiter ex Regulis a-

llarum Religionum antiquiorum. Hoc enim

est prorsus falsum, quia S. P. N. Ignatius nec an-

te scriptas Constitutiones Societatis, ex quibus

sunt excerptæ nostræ Regula Summarij) nec

dum eas scriberet, nec poltea, legit Regulas

aliorum Ordinum, imo nec eas in suo cubicu-

lo, aut Biblioteca habuit, sed solùm Nouum

Testamentum, & Thomam de Kempis de imita-

tione Christi, & Missale, quod pridie Missæ

dicendæ curabat sibi adferri, in quo totam

Missam die sequentia dicendam legebat, toties

quoties eam erat dicturus: vt scribunt Orlan-

dinus, & Ludouicus Consalvius in Diario su-

pta commemoraro, & ego diligentissimè id in-

Lanciij Opus. Tom. 2.

dagauit duobus olim Cubiculariis S. P. Ignati cum quibus Romæ aliquot annis vixit. Vnus erat P. Ioannes Ignatius, alter Laicus Ioannes Paulus Borellus. Præterea totam Bibliorheciam Domus Professæ à tempore S. Ignatij in ea Domino retentam curiosè lustrauit, sicut prope Cubiculum S. Patris, & in ea nullum protulit tam librum, inueni, ex quo aliquam Regulam S. P. N. Ignatius mutuare posset, sed ille Spiritus S. qui aliis Fundatoribus inspirauit Regulas, similes etiam S. Ignatio inspirauit, sicut videmus inspirasse Euangelistis posterioribus, qui eadem scriperunt, quæ scripserunt priores. Non est autem mirum illos Scriptores putasse S. Ignatium alias Regulas ab aliis accepisse, quia nullus eorum viderat Archiuum Romanum, nec indagauerat à sociis S. Ignatij, quales libros in suo cubiculo haberent, vti nos cum Orlandino fecimus curiosissimi Indagatores rerum S. Patris. Ideo Rhabadeneys familiaris, & olim etiam Cubicularius S. Patris, nil tale de S. Patre scripsit, sed prolsus contrarium, vt supra demonstravimus.

CAP VT QVARTVM.

Soluuntur Obiectiones.

VT magis confirmetur veritas rerum supra dictarum, hæc venerunt in mentem, que vel impugnandi studio, vel rem melius intelligendi, aut obiici, aut proponi possunt, & soluenda videntur, à me & ab aliis meo rogatu de industria obiecta.

Obiectus primò, si quædam Deus reuelauit S. Ignatio, cut non omnia, verum aliqua reliquit eius prudentia. **R**espondeo, hunc esse Dei motu vi Propheticè non reuelat, nisi ea quæ naturali modo hic & nunc, sciri non possunt ab eo, cui aliquid reuelatur. Item non solet reuelare Deus, nisi res maioris momenti, tunc enim tantum media miraculosa & extraordinaria. Reuelationum adhibet, quando per ordinaria & naturalia media, hic & nunc res haberi non potest. Non esset enim etiam hominis prudentis, per difficultia & opertosa media a liquidu quætere, quod posset per facilitia & pertuia. Ideo quod naturali prudentia poterat Ignatius assequi, hoc eius naturali prudentia statuendum Deus reliquit. Atque hanc gubernandi rationem Deus in Hierarchia Ecclesiastica tenuit primò cum Apostolis, deinde cū Successoribus Apostolorum. Nam certum est, Deū Apostolis reuelasse doctrinam Euangelicam, tū ad dogmata Fidei, tū ad Institutionem morū, tū ad aliquos titus factos colendi Deum pertinenter. Hinc Apostolus ait Gal. 1. v. 1. *Se factum*

Apostolum non ab hominibus, neque per homines, sed per Iesum Christum, & v. 12. Neque ab homine accepi illud

Xx 2 (scilicet)

Aug. ep.
118. c. 5.

- (scilicet Euangeliū) neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Vnde 1. Cor. 11. ait: *Cetera cum venero disponam. Quod Sanctus Augustinus, & omnes Catholici Doctores & nonnulli ex Doctribus Hæreticis, vt Antonius Sadeel, & Vi-tackerus, & Piscator, intelligunt scriptum ab Apostolo de Ecclesiasticis ritibus in Scriptura nō reuelatis. Sic 1. Cor. 7. 12. ait: Ceteris ego dico non Dominus &c. Vbi statutum suum immediatē possum contradistingui à doctrinā per reuelationē à Domino traditā. Simili modo per Romanos Pontifices & per Concilia, Deus omnibus seculis per humanam illorum prudentiam plurimā cōstituta esse voluit, doctrinā à se Propheticis, & Apostolis reuelata non contentus.*
59. *Quid mirum ergo est, quod hunc morem seruari etiam eum S. Ignatio. Sic etiam, quamvis Christus Dominus S. Brigittæ Regulam, (vt vocant) Salvatoris, ore proprio dictatam (vt patet in 1. Reg. S. Brigittæ, post libros 8. immediate, & Sedes Apostolica testatur, imo tota Ecclesia in Breuiario Romano Lectione 6. in festo S. Brigittæ à pluribus Pontificibus approbata) tamen ipse Seruator capite 20. Regula, remittit S. Brigittam, vt aliquae Regula addenda, inquirat à deo-uis aliquibus Fratribus de Regulis Benedicti, vel Bernardi, que huic Regule inscribant, quomodo excessus emendandi sunt in Monasterio, & mortui se pelendi, & quomodo visitabit Episcopus, & pro quibus casibus ingredietur Monasterium, & alia necessaria, que in his verbis non narrantur, ad huius Regule roborationem, affumantur de Regula supra dicta. Hæc Salvator. Eodem modo prater res substantiales S. Ignatio reuelatas, alias minoris momenti eius prudentia reliquit.*
60. *Obiūces secundū, si S. Ignatius à Deo multa reuelata accepit circa Societatis Institutum & Regulam, non erat necesse petere Confirmationem Institutū à Vicario Christi. Respondeo, negando Consequentiam. Nam & Apostolus 20. & c. 13. Paulus, Non ab hominibus, nec per homines Apostolatum, & doctrinam Euangeliū, sed à Deo acce-pisse se per reuelationem ait, & illam prædicasse, & Christum per se, & in se loqui, ac Deum per se exhortari, & se Spiritum Dei habere scribit, tamen eodem Deo reuelante, iussus est conferre Euangeliū doctrinam, quam prædicabat, & quam per reuelationem Iesu Christi didicerat, cum Apostolis, ne forte in vacuum curreret, aut cœcurisset: non quod indigeret confirmatione eorum, doctrina certa & Diuinus accepta, sed vt alij, quibus tradenda erat, illi crederent, cum viderent approbatam etiam ab Apostolis, vt ait S. Augustinus, & Tertullianus. Eandem ob causam etiam S. Franciscus Fault. T. 1. 4. cōf. Marci. c. 2. suis. Eandem ob causam etiam S. Franciscus sua Regula confirmationem à Papa petiti & obtinuit, quam certissimum est, ab ipso Christo esse ei immediate traditam. Similiter idem S. Franciscus indulgentiam (vt vocant) Portiunculæ, à Christo immediate concessam, et iam à Papa confirmati petiit. Quin & Christus Dominus ipse, post dictatam S. Brigittæ ore proprio Regulam, iussit illius confirmationem petere à Paparius enim haec verba ab ea dici suo nomine Urbano Papæ: *Ego obtuli ubi Regulam Religionis, nunc autem volo, vi non solam auctoritatem tua confirmetur, sed etiam benedictione tuâ, qui Vicarius meus es, in terris roborens. Ego dictavi eam, & dotaui spirituali dote. Quocumca & S. Ignatius, vt apud alios conciliaret auctoritatem sue Regule, eius confirmationem à Sede Apostolica petiit & impetravit, & multis annis antequam eam fecisset, & postea,**
- Obiūces tertīo, si Regula S. Ignatio Divinitus reuelata est, non debuit eam iudicio Patrium subiictere, & potestatem eis facere, à se factas Constitutiones examinandi, vt si quid mutandum, vel addendum, vel inducendum esset, id liberè ac fideliter indicarent, vt scribit Orlandinus. Imo non debuisse dedisse post testatē Hieronymo Natali, post approbatas iam à Patribus antea Anno 1550. Constitutiones eas corrigendī ac immutandi, quan dedit mittens eum Anno 1551, ad eas promulgandas ve scribit Orlandinus. Respondeo, in Constitutionibus sunt quædam, quæ pro varietate locorum & temporum, & Nationum mutari poterant, & quæ S. Ignatius naturali suā prudentiā statuit, & talium mutationes iudicium Patrum reliquit, vt expressè scribit Orlandinus. Et talia etiam P. Natali mutandi potestatem fecit, si opus esset, & alia vero essentialia, & quædam non essentialia, suis sociis & Natali mutanda non permisit, quæ vbique gentium seruari possint & debent. Inde eti subiecta iudicio Patriū S. Ignatius ea quoque statuta, quæ eis Diuinus reuelata fuerit, bene tanquam humilis fecisset & prudens, tū quia certus erat illa à Patribus non mutanda: tum quia etiam si aliquorum mutationem susciperet, id non vocaret in dubium certitudinem Diuine Reuelationis. Sic enim fecit Moyles, qui quāvis Diuinus edoceretur de itinere post transiit maris rubri (nam ipse Dominus procedebat eos ad stendam viam, per diem in columna mibis, & per noctem in columna ignis, eratq; eorum Dux itineris retro tempore: vt dicitur Exodii 13. v. 23. vñque ad Egiptum, vt ad imperium Domini proficerentur, & ad imperium illius figerent tabernaculum. Num. 9. 17. & quidecum ita, vt nunquam defuerit Columna mibis per diem, nec columna ignis per noctem. Et cum ablatæ fuisse nubes, quæ tabernaculum protegebat, tum proficerbantur Filii Israël. & in loco vbi fieri nubes ibi Castra metabantur) tamen sine praedictio certioris ductus Diuini, quām soleant esse reuelationes internæ. Moyles recurrit ad Hobad Madianitam Echnicū, vt sibi & populo suo, vñ per defertū ducor esset, dōceret que quibus in locis casta esse deberent. Quamvis Moyse Domini loquenter facie ad faciem, sicut homo solet ad amicum suum.*

XVII. DE PRÆSTANTIA INSTITVTI SOC. IESV.

531

11. Et qui palam, & non per enigmata vti alijs Propheta d. i. Reg.
12. na per figuras Dominum videbat: proinde poterat 2.1.16.17.
in occurrentibus dubiis ad ipsum Deum recur- s. i. Pat. 16.
tere. Simil ergo modo, etiam circa res sibi re- 3.9. &c. 21.
uelatas sine praetidicio diuinatum Reuelatio- nis, S. P. Ignatius exquisuit consilium a Sociis,
sicut & S. Paulus Apostolus, & alijs Apostoli,
circa tes ab ipso Deo reuelante cognitas, ad aliorum quoque consilia prudenter recurre- 4. Reg. 8.
runt.

66. Obiitius quartu, S. Ignatius quibusdam in rebus facit potestatem Superioribus disponendi a rebus a se statutis, seu eximendi aliquos ab aliquarum obseruantia, quod non permisisset, si res illae ab ipso Deo statuta fuissent. Respondeo primo S. Ignatium circa tales res, potestatem dispenandi fecisse, quæ pro necessitate aliquando seruari non possunt, & quæ ab eo humana prudenter sunt instituta, non diuinitas reuelata. Respondeo secundo, etiam hanc potestatem dispenandi fecisset, circa res diuinatas sibi traditas, & a se, Deo reuelante institutas, id non praedicaret certitudini Reuelationis: sicur non praedicaret indissolubilitati Matrimonij immediatè a Deo instituta, circa quam postea Moyses in certis casibus permisit libellum repudij: quavis ut Christus ait, ab initio non fuit sic. Cuius permissionis, eti duxit Indorum occasio fue- 1.2. Par. 30.
Deut. 24. 11. March 9. 12. tamen per dispensationem Moysis, ex Dei voluntate factam repudiationem vxorum per libel- lum, sine peccato postea fiebat, adhibitis certis conditionibus in scriptura expessis. Sic etiam 1.2. Par. 30.
Maij 18. Constitutio illa in primo Concilio Apostolico facta, ex Decreto ipsius Spiritus Sancti: visum est Spiritui S. & nobis, de abstinentia à sanguine, & suffocatore duratur usque ad tempora Tertulliani & Minutij Felicis (vt ipse fatetur in Octauio,) in uisque ad tempora Bedæ & Rabani, vt patet ex eius P. oientiali: tamen postea seruari desist & tempore S. Augustini non seruabatur ex dispensatione Superiorum Ecclesiarum vt scribit S. cor. Faust. Auguſtini: quamvis haec Constitutio vocetur neceſſaria, & conjungatur simili cum prohibitiōne Fornicationis, quæ ſemper vitanda eft. Nec enim opus eft vt leges a Deo immediatè latet vel ex immediata Dei reuelatione, ab aliis statute, ſemper & ubique, & ab omnibus seruentur, & vt locus non sit dispensationis.

68. Nam Deo immediatè reuelante ac statuente, non licebat sacrificia offerre Deo, niſi in certo loco, scilicet, vel ante Tabernaculum, vel ante Arcam: tamen sine viuo peccato non femel a piis viris oblati sunt Deo sacrificia extra illa Loca. Sic oblatum eft à Samuele in Masphat, quando tunc arca erat in Gabaa, a. & ibi manlit uisque ad tempora Davidis, b. Quin & Tabernaculum tunc non fuit in Masphat, sed manferat in Silo (ſola inde arcā acceptā aliō) c. Ex Silo vero Tabernaculum delatum fuit in Nobe, d. Postea in Gabaa vna cum altari holocaustorum, e. Lanicij Opus, Tom. 2.

ibique mansit post Davidis mortem regnante d. i. Reg.
Salomone, f. unde in templum Salomonis po- 2.1.16.17.
ſtea, vti & Arca fuit illatum, g. Placuisse tamen 3.9. &c. 21.
Deo hoc sacrificium Samuelis, factum per dif- 4. Reg. 8.
penſationem, extra locum a Deo immediate f. 1. Pat. 13.
praescriptum, patet, quia ob hoc sacrificium, du- &c. 3.4.
actu illud offerret (vt 1. Reg. 7.9.10. exprefſe 4.
dicitur.) Exaudiu eum Dominus, & intonat Domi- 69.
nus fragore magno super Philistyn, & caſi ſunt a facie
Iſraēl Sic etiam de præcipuo Pascha festo primo
Mense celebrando lex erat immediate per Deū
reuelantem lata, & per Moysen promulgata, b. b. Leu. 2.3.
tamen celebrauit illud Ezechias, præmisſa con- 5. N. 28.16.
ſultatione cum Sacerdotibus, & aliis Mense fe- 1.2. Par. 30.
cundo, & quidem ob causas longe diverſas ab
iis, ob quas permiseraut Deus illud celebrari Mé-
ſe secundò, i. vt manifeste patebit conferenti 1.2. Par.
inter se utrumque locum, k Hoc tamen factum 30.2.
& mandatum Ezechiae non displicuit Deo, fed 1.2. Par. 30.
placuit. Prīmò, quia Decretum, de hac celebra-
tione, eti ex dispensatione latum contra leges
ſupra citatas, appellatur verbum Domini, hoc eft,
Dei Hebraicæ, leboua. l. Secundò, quia eodem ca- 1.2. Par. 30.
pite verbu ultimo, dicitur: Exaudiat eſſe voce Sa- 12.
cerdotum atque Leuitarum, (trent secundò Pas-
cha hoc celebrantium) perueniſcā orationem in
habituclum celi. Tertiò, quia infra, m. ob hoc &
alii similia facta ſic laudatur Ezechias: fecit ergo 31.2. Par. 30.
Ezechias vniuersa, que diximus, in omni Iuda opera-
tus eſſi bonum & rectum, & verum coram Domino
Deo ſuo, in vniuersa cultura ministerij Domus Domini, iuxta legem & ceremonias, volens requirere Deum
ſuum in toto corde ſuo fecit, & prosperatus eſſt. Qui-
nitimo tal ex vetus a Deo immediate reuelata
eſt, & tandem per Christum abrogata eſt, fere
quoad omnia. Poterat ergo etiam S. Ignatius,
res a Deo immediate reuelatas & constitutas,
iustas ob causas, & per ſe non seruare, & Super-
ioribus potestatē facere dispenſandi. Sic fecit
& Apostolus Paulus. Quamvis enim ſcriet Circumſionem, post Christi Ascensionem non de-
buile adhiberi, quippe a Christo adeo ſublatā,
vt ipſem ſcriperit ad Galatas: Ecce ego Paulus
dico vobis, quoniam ſi circumcidamini Christus vobis Gal. 5.2.
nihil proderit, tamen ipſe circumcididerat Timo-
theum: ſic & ieiunium Quadragesimale, SS. 70.
Patres docent vel diuinitas, vel ab ipso Christo Amb. 16.3.
elle institutum, & tamen in eo propter iustas de qua-
caſas paſſim dispenſatur. 1.2. Par. 30.
Obiitius quintu, P. Soarez non dicit ita clarè inc. 58.
vt a nobis dictum eft, res Instituti eſſe reuelatas 71.
S. Ignatius, ſed cum quadam formidine, ſic enim i. e. in c.,
ſcribit: Si quis p̄i credat directionem hanc per expreſſam Reuelationem Beato Ignatio ſapè factam esse, nihil Iona. Chr.
fanè a veritate deuiare, vt ex historia vita eius potest h. i. in Gen.
intelligi. Quicquid vero ſit de expreſſa Reuelatione, 110. Leo. 5. &c.
ſaltē ſpeciali inſtitutus Spiritus S. per ſpecialia do- 12. de qua.
na, ſuperiora ordinarii virtutibus & auxiliis earum, Suar. 10.4.
negari non potest. Respondeo, P. Soarium, ita ſcri- 1.1. Relig.
piffe modestia cauſa, quia ſcribebat, vt hoc o- 1.2. Par. 30.
c. 4.0.13.

Lancicij Opusc. Tom. 2.

pus typis vulgaret; volebat autem evitare male-
uolorum obrectationes, quibus illo tempore,
quo ista scribebat, valde impetrabatur Societas
& Roma, & alibi. Scribebat enim hæc Anno
1595. viii ipse expresse ait Tractatu & libro cita-
to initio libri ante caput 1. Deinde P. Soarius
non habuit, nec legit ista scripta, quæ mihi à P.
Claudio Aquauia Generali, partim ex ipsius
peculiaris Archivio (ex quo Diarium S. Ignatij
ab ipso etiam P. Claudio mihi accommodatum
aceperam) partim ex Communi Societatis,
tradita fuerunt, ut ex illis materiam colligerem
pro prima parte Historie Societatis, quam scri-
bebat tunc P. Nicolaus Orlandinus, & senio &
valetudine debilitatus cui pro hac re à P. Clau-
dio datus eram adiutor, & eà occasione, prater
alias ista quæ dixi, excerpsti. Præterea quando
illa scribebat P. Soarius, nondum iuramento
confirmaverat P. Ribadencyra res sè in vita S.
Ignatij scriptas. Nec scriptum illud P. Ludouici
Consalui vivente S. Ignatio factum, fuit au-
thoritate Apostolica authenticatum & relatum
in Processum Canonizationis vigore literarum
Compulsorialium, ut vocant Romani, conces-
sione & authoritate Pauli V. expeditarum, ex
quo P. Consalui scripto tertilio S. Ignatium
P. Consaluo dixisse, etiam res non substantiales
Instituti eum didicisse ex Divina magna illu-
stratione, hoc est Reuelatione: modestissime
enim S. Pater res sibi Divinitus concessas refe-
rebat. Quanquam & hæc ipsa, quæ P. Soarez
loci citato scribit (si modestia specimen sepa-
res) hoc ipsum in re, et si non ita aperte ait, quod
nos clare diximus. Ait enim: Credendum esse, B.
Ignatium, non solum habuisse quomodounque Spiritus
S. excitationem & inspirationem, sed etiam specialis-
simam directionem, ut ab eo, quod Ecclesia opportunum
erat non aberraret in etiam, ut tam prudens opus &
immensem posset concipere & architectare. Ibidem
Soarius agnoscit, per specialem instinctum Spiritus
S. Beatum Ignatium, Institutum Societatis fundasse.
Et addit: verum censeo in his, quæ pertinent ad sub-
stantiam Instituti (sub quibus ea omnia comprehen-
do, quæ à Sede Apostolica expresse in specie recognita
& approbata sunt) ita fuisse Ignatium motum & ere-
ctum à Spiritu S. vt neque erraret, neque ab eo, quod
Ecclesia vtile & opportunum futurum esset, deuiriaret,
non quod puerum singula verba eius à Spiritu S. suis-
se dictata sicut in Tomo de fide diximus de Scriptore
Canonico, sed quod res ipse, in quibus substantia Institu-
ti consistit, fuerint predicto modo suggesta ex speciali
prudentia Spiritus Sancti. Quod postea bene
probavariis modis, qui apud eum videri pos-
sunt. Quia tamen Instinctus Propheticus, est
quid insitum in genere Prophetæ, ut docet S.
Thomas, & ex dictis supra didicimus, altiore
gradu Prophetico, in uno supremo, qui in hac vita
à Deo conceditur Sanctis, Sanctum Ignatium
res Institutum Societatis cognouisse: ideo ad im-
mediatam, & perfectam Dei reuelationem res

nostri Instituti referenda sunt, quæ adhuc magis declarabo infra capite 5. in responsione ad quæsitus tertium.

Obitices sextæ, si Mahressa reuelauit Deus S.
Ignatio Societatis Institutum, & Quadrato pre-
dixit, antequam Romanum veniret eufore Col-
legij Societatis Iesu Fundatorem (vt supra di-
ctum est) cur congregatis postea Parisis Sociis num. 11.
Hierosolymam ire voluit, & ad id se voto per Rib. 1.
culiari adstrinxit, habens animum, si liceret, et cap. 4.
iam ibi remanendi: vt scribit Ribadencyra & Orlandinus. *Respondeo primò*, votum de profec-
tione Hierosolymitana, non infirmare, quod dicitum est, sed penitus confirmare. Votum e-
nimir erat de Essentiâ Instituti Societatis, scilicet
de procuranda salute Proximorum, sive Hiero-
solymis (si id liceret) sive alibi pro arbitrio Ro-
mani Pontificis: secundò parte voti vouerat cù
Sociis suam operam se oblaturum in salutem
Proximorum. Cum igitur ob impedimenta,
quæ scribit Ribadencyra, non poterit Hiero-
solymam pergere, Romanam perexit, & votum
exoluens Pontificem adiit, Romæque Societa-
tem fundauit. *Respondeo secundò*, quamus Obie-
ctio nullius sit momenti, vt resonum est, si ram-
en vim aliquam haberet, ad lumen id pro-
baret, Sancto Ignatio, dum Parisiis voto illo se
obligarat, nondum Divinitus reuelatum fuisset,
quo tempore & loco fundaturus esset Societa-
tem, an Hierosol. an Rom. Hoc tamen (et) ve-
rū non est) nihil derogat nostra assertio diu-
nas ob causas. *Prima*, quia neque Moysi, neque Pro-
phetis, neque Apostolis ipsius, simul omnia reue-
lauit Deus, & quidem magis necessaria ad sa-
lutem, quam sit Institutum Societatis, vt patet
ex libris Prophetarum & Moysis, & quod A-
postolos ex dicto Christi: Adhuc multa habeo vobis loqui
dicere, sed non potestis portare modi, cum autem veniret
ille Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Se-
cunda causa est, quia vt obseruantur S. Ambrosius
& S. Augustinus. In ipsa substantia rerum & ve-
ritatum à Deo reuelatarum Prophetis, nō om-
nia reuelabat Deus, spectantia ad illa inteligen-
tia, quæ ipsis tunc & immediatè reuelabat. Sic
Daniel c. 7. vidit visionem quatuor bestiarum, vel 17.
quam quia non intelligebat quid significaret,
petuit & obtinuit eius declarationem. Sic idem
c. 8. non intellexi Arietus & Hirax visionem, id-
eo ipsis explanationem quæsivit, et cum quæ
Gabriele accepit. Sic idem c. 10. ieronimus & o-
trans, visionis intelligentiam didicit ab Angelo. *tertia*,
Idem scripsit: Ego audiuī, & non intellexi, & dixi.
Domine mi quid erit post haec? & ait: vade Daniel quia
clausi sunt signatae sermones tuisque ad præsum
tempus. Similiter Zacharias c. 4. vidit Candela-
brum cum septem lucernis, & duas ollias, nec
tamen intellexit, sed postea perit explicacionem
ab Angelo, & obtinuit. Simili ergo modo po-
tuit Deus reuelasse S. Ignatio Societatis Institu-
tum ante Parisiensem commorationem, & po-
rea

XVII. DE PRÆSTANTIA INSTITUTI SOC. IESV.

533

stea reuelasse locum & tempus, quo Societatem fundaturus erat. Mea tamen opinio est, & locū & tempus multò antea fuisse reuelata S. Ignatio, illum tamen vti prudentem & humilem, noluisse hæc & similia ante fundatam Societatem, propter causam paulò post dicendam, manifestare.

77. Obiūies septimō, iij. S. Ignatio Deus reuelauit Institutum Societatis, & alia quædam, non erat necesse de eo deliberare cum locis Romæ, vti deliberauit per tres menses, de statuendis rebus ad Societas Institutum Speculantibus teste Ribadeneyra, & Orlando.

Respondeo, eandem ob causam S. Ignatium adhibuisse deliberationem de rebus Institutū cum sociis ob quam & Paulus Apostolus, & alii Apostoli deliberarunt de observatione cæteromiarum quarundam veteris legis, quamvis scient optimè ex Divina revelatione ipsi facta, quid facta opus esset, tamen non obrupendo suas reuelationes, sed per premissam deliberationem & consultationem, statuerunt ea, quæ à Fidelibus obseruanda iis videbantur. Quocirca cum Antiochiae quidam Iudei, conuersi ad fidem Christi, dicerent nō posse Christianos salvare, nisi circumcidere esset. Facta seditione non minima Paulo & Barnabe aduersus illos, statuerunt, vt aſcenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex illo, ad Apostolos & Presbyteros in Hierusalem super hac questione, de qua procul dubio antea habererūt reuelationem. Sic cum deinde etiam Hierosolymis surrexissent quidam Pharisei conuersi, dicentes quia oportet circumcidere eos, præcipere quoque seruare legem Moyis; Apostoli non auctoritate reuelationis sibi factæ, quam habebant, sed communī consilio, & deliberatione præmissā rem deciderunt. Ut enim ibidem scribitur: Conuenerunt Apostoli & Seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisito fieret, surgens Petrus dixit &c. Et hac ratione in Concilio illo Hierosolymitano, non facta vllā mentione Reuelationis occulta, statuerunt Apostoli, quæ statuenda erant, & quidem prudenter. Sciebant enim incredulos esse homines, & aliorum reuelationes aut irridere, aut non admittere. Malebant ergo illam deliberationis rationem inire, quam moltò facilius proteruorum admittit credulitas; & quidem hunc procedendi modum à Christo Magistro suo didicерunt. Quamvis enim ille sciret omnia, a. & quamvis in eo essent omnes sapientia thesauri, & scientia abscondit, b. tamen agendo cum hominibus, etiam cum Apostolis, qui maiorem de Christo, quam socij de S. Ignatio, habebant opinionem, humano modo cum iis procedebat, & exirebat cōsilia. Hinc saturate volens quinque millia hominum, petuit consilium à Philippo dicens: vnde ememus panes, vt manducemus hi: et si ceteri quid esset facturus, & non nisi auditio responſo Andrea, indicantis esse ibi s. panes, & duos pisces, iussit turbam discumber-

re, & saturauit eam. Postea iterum satiatus plura, quām quatuor millia hominum, quamvis sciret quid faciendum esset, tamen deliberare de hoc cum Discipulis voluit, ideoque conuocatis Discipulis dixit: Misereor turba, quia triduo iam perseverant mecum, & non habent quod manducent; & dimittite eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Et, (vñ sit in deliberationibus, in quibus propounderunt in contrarium difficultates ab aliis) dicunt ei Discipuli: vnde ergo nobis in Deserto panes tantos, vt satureremus turbam tamam? & ait illis Iesus, quod habetis panes, & illi dixerunt, 7. & paucos pesciculos, & tunc primum auditus sententis Discipulorum, Christus resoluit se ad faciendum, quod fecit, etli sciret certius quām scirent Prophetæ sibi Diuinitus reuelata, quid posset facere & vellet ex affectu committerationis. Et ita accipiens 7. panes & pisces, & gratias agens frēgit, & dedit Discipulis suis, & Discipuli dederunt populo, & comederunt omnes, & saturati sunt. Sic & Apostolus Paulus, in re minoris momenti, quāvis sciret quid posset disponere de Onelimo, seruo Philemonis, tamen scribens ad eum ait: Sine consilio tuo nihil potui facere; & causati sub Philemon, necrit, quæ magis in deliberatione S. Ignatij cū vers. 14. locis locum habet, vñ ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Sic Deus ipse sciens omnino qualibet, Adam vbi es? &, vbi est Abel Frater tuus? Sic Angeli benè scientes talia interrogant Gen. 4. 9. Loth, an haberet quenquam suorum? Generum autem Filios autem Filiastis Christus Dominus, vti ponit. Gen. 19. 12. l. 11. in qua derat S. Chrysostomus, ob similem obiectio- tri. Laz. nem factam ab Hæreticis contra Diuinitatem Christi Domini, dicebat Martha & Marthæ, vbi posuitis eum? Sic Deus dixit Abraham: Clamor sa- domorum & Gomorræ venit ad me: descendens igitur video, si secundum clamorem eorum qui venit ad me, consummatur finis autem noui, vt sciam. Qui nouit omnia antequam fiant, qui corda & renes scruta- tur Deus. Et quamvis Deus sciret, quomodo decipiens erat Achab, tamen ait, Quis decipiet? 3. Reg. 21. Achab Regem Israël, & dixit unus (S. Angelus ex multis ei assistentibus) verba huiusmodi, & alias aliter. Egressus est autem Spiritus (id est Daemon) & stetit coram Domino, & ait, Ego decipiam illum. Cui locutus est Dominus, in quo? & ille ait: Egrederet & ero Spiritus mendax &c. Et dixit Dominus: Egrederet & fac ita. Quæ omnia cum scierit Deus, antea tamen voluit consultare more humano cum aliis. Simili modo quamvis iam antea elegerat sibi in Prophetam Ilaiam, eique multa reuelarat exequenda, vt patet ex primis eius Prophetiæ capitibus, postea tamen alia ei reuelaturus, & per eum executurus instar deliberantis, & consilium quærentis dixit: Quem mittam, & quæ ibit nobis? Et cum Ilaias ad hoc le obtulisset, dixit: Ila. 6. 8. vnde & die Populo huic. Quem locum Ilaia, & alterum Pauli ex epistola ad Philemonem pon- derans S. Ambrosius. Plurimam, inquit, refert, in Psal. 118. 78. pirum ex voluntate quid facias, an ex necessitate, quod octon. 14. placet

1. Cor. 9.
h. 22. in I.
Corinth.

placeat Deo; voluntarius minister habet primum, co-
etus dispensat obsequium sicut Apostolo dicente, cogno-
vimus si volens hoc ago mercedem habeo, si autem in-
itus, dispensatio mihi credita est. Hoc est, ut explicat
S. Chrysostomus. Quia sunt supra mandatum à
meo libero arbitrio, ex ipso habent multam mercedem,
qua autem sunt ex mandato, non tantum, sed talem,
qualem est exercitus (scilicet rex suæ dispositioni
conceditam) quod iussum est, sed non qualem is, qui
è suo liberaliter est elargitus, & preceptum superauit;
hoc est, plus fecit quam fuerit a præcipiente
imperatum. Hoc ergo modo etiam S. Ignatius
sua uite & efficaciter volens omnia in Societa-
te institui, nec sua, nec Diuinæ reuelationis au-
thoritate adducere voluit socios, ad præbendum,
assensum iis, quæ ipse statuit, sed præmissis cum
iis multis deliberationibus, in quibus scriebat
Dei consilia sibi reuelata, abiis non mutatum
iri. Nam & illos eti imperfectione modo, diri-
gebat Deus in consiliis, ne à recto & æquo dis-
cederent.

Obiues octauo, cum S. Ignatius teste Orlandi-
no sciuenter Diuinitus se Fundatorem fore So-
cietas, non debuit bis detrectare Generalatum
Societas, præmissa maturâ deliberatione, sibi à
sociis impositum: tum quia procul dubio, simul
etiam Diuinitus cognovit se eligendum in Ge-
neralem, tum quia resistendo in hoc Diuinæ
voluntati sibi à Deo indicatae peccasset, quemad-
modum peccauit Moyses non acceptando
legationem sibi à Deo immediate impositam,
vt sentit Augustinus, Abulensis, Lyranus, Cate-
tanus, Dionylius, Cornelius, Salianus. Cum er-
go nefas sit dicere S. Ignatium legitimæ elec-
tioni à se ante Diuinitus præcognitæ resisten-
do peccasse (vt restituisse scribitur à P. Ribade-
neyra & Orlandino) videtur non habuisse de
his rebus reuelationem. Respondeo, me nescire,
an Deus S. Ignatio reuelauerit, eum in Genera-
lem eligendum (quia nullus id scribit) sicut certum
est, reuelatum ei fuisse, eum fore Fundato-
rem Societas. Nam Generalatus, non est necel-
fari conjunctus cum titulo Fundatoris. S. Frä-
ciscus enim erat sui Ordinis Fundator, tamen
erat subiectus Fratri Eliæ Generali, & aliis Guar-
dianis, vt & S. Romualdus, vt scribitur in eo-
rum vita. Poterat ergo S. Ignatius Diuinitus sci-
uisse, se Fundatorem futurum, non sciuisse au-
tem hac via, se debere esse Generalem. Quan-
quam etiam si Deus illi reuelasset eum eligen-
dum in Generalem, immo quod magis est, etiā si
sciuisse à Deo, Deum velle ut acceptaret Gene-
ralatum, potuit tamen, sine ullo peccato, tempo-
re electionis binæ, sui in Generalem à sociis fa-
ctæ, ad dandum sociis modestiæ & humilitatis
exemplum, aliquantisper illis reffragari, & ut iter-
rat à sociis electione, tanto magis stabiliretur
eius regimen, quod sapientius & impotius ei es-
set à sociis impositum. Et quidem Ribadeneyra
& Orlandinus scribunt, hoc illam detrectasse

79.
Odl. 1. nu.
66.
Ex. odi 4.
Aug. q. 10.
in Exod.
Abul. q. 6.
in q. 4. Ex.
Alij in Cō-
ment.

Rib. 1. c. 1.
Odl. 3.
p. 8.

humilitatis studio, sed & aliam ob causam iam
commemoratam, potuit hoc ipsum reculasse.
Hanc enim ob causam, Deus ad stabiliendum
magis regimen popoli, bis per Moysen voluit
promulgari Iosue, eius successorem in Politici
populi Duxem. Sic & Saulem, tunc validè bo-
num & Deo gratum; bis, diuersis in locis ac
diebus publice cotam alius per Samuelem pro-
clamati curauit, à se immediate electum ante.
Similiter & S. Hieremias Propheta ex amore
humilitatis, & dissidentia sui, sine culpa se ex-
causavit Deo, cum ab eo immediate ad popu-
lum mitteretur.

Porro quod ad Moysen, certum est, initio
dicitur semel ac iterum recusaret legationem ad
Pharaonem, à Deo immediate tibi impositam,
eum non peccasse, nec Deum offendisse, tum
quia id afferunt grauiores Authores, S. Grego-
rius, S. Basilius, & S. Hieronymus citati à Per-
petuo & Bonifacio, tum quia ex ipso sacro con-
testu, id aperte colligitur, in quo post quintam re-
sistentiam Moysis (vix obsernavit Caetanius & Ezo 4.44)
Cornelius, & ex ipso textu appareat) primum ei
Deum itatum esse scribitur, non scribirat autem
prioribus tergiversationibus Moyses ad iram
provocasse Deum. Initium enim detrectare le-
gationis, vt S. Gregorius ait, fuit laudabile, quia
gloria regiminis fugit. Quia tamen excessus eti-
am in materia virtutum, virtus non caret, ideo diutius,
quam par erat resistendo Deo, eum offendit.
Sic ieunium & oratio bona res sunt, & Deo
gratia, si tamen plus æquo protractantur, culpæ
non vacant, & Deum offendunt. Cum ergo S.
Ignatius semel atque iterum tantum, modestiæ
& humilitatis causa, idque noti proterè reca-
sari Generalatum, non peccasset illum reca-
sando, etiamsi antea ab ipso Deo didicisset, hanc
esse Dei voluntatem, quia pertinax & excessivus
in recusando Generalatu non fuit.

Quod etiam S. Ignatius viæ ordinariâ per le-
gitimam electionem factus sit à locis Prepo-
sitū Generalis, id non obstat, quo minus fuit
ad hoc munus à Deo immediate destinatus,
& se Diuinitus destinatum scirent. Nam &
Paulus Apostolus, à Deo non ab hominibus, neque
per homines, ait se factum Apostolum, tamen Ca-
nonice per impositionem manum fuit in A-
postolam electus ad prædicandum vbique Ge-
nibus Euangeliū. Sic Iosue à Deo fuit imme-
diatè electus, ut post Moysis mortem regeret &
populam, & nihilominus non immediate est
populo præfectus, sed per Moysen præsente po-
pulo & audiente, b.

CAP.